II) Saintus vero, quos a mta Instituti sustentatio postulat, oriuntur

1. Ex stipendis annuis fixis personarum munere aliquo in Instituto fungentibus: Si sicut Salaria annua horum pro mthoribus in nostris terris receptis ita definiuntur, vt
Professor atque Director huius Instituti praeter habitationem in Instituto immunitatem, accipetet quotannis 400 Rthl.

Ammunitionis ipsius, praeter habitationem, viatus, ligatur et candelarum beneficium 50 Rthl.
Foemina obstericans dominus iisdem sub conditionibus 50 Rthl.
Economus vna cum ipius vxore iisdem sub conditionibus 50 Rthl.

Praefectus aerarii 50 Rthl.
Minister ecclesiae, qui aegros visitet et baptizet recens natos infantes 25 Rthl.
Ancilla Instituti ministrans lib. — — — — 15 Rthl.
Ancilla culinaria — — — — 10 Rthl.
Janitor — — — — 15 Rthl.
Mulier tandem, quae curam gerit infantum, Institutio curae atque tutelas commisserunt 15 Rthl.
Summa hogum Salariorum ascenderet ad 680 Rthl. — gr.

Ex impensis, quas cibis et potus, qui quotidie personis in Instituto viuentibus porrigitur, efficiunt. Quae vero, mea saltem opinione, omnium optime, facilissime atque accuratissime ita erui possent atque sufficiunt, si vii iam alibi monimus, viro, qui simili munere iamiam in vrbe fungitur, demandatur istud munus.

atque computari, si primo omnes ac singulae vniuersitatis hebdomadis cibationes separati spectentur, atque dein ex illarum computatione totius anni consumptio definiatur.

Nimirum XIX quotidie in Instituto cibantur personae, quorum A. Tertaculum per unam hebdomadem, si nempe sequenti institutio ratione, ut ipsis praebetur

die Dominica Iuscum ex cereuisia cocta paratum,	5 gr.
quodsi diuidiam mensuram cuiilibet tribuum per-	
sonae, pretio constabit	5 gr.
die Lunae, Iusc. pisis coctum	2 gr. 8 pf.
die Martis, I. ex auena dicorticata parata	8 gr. 8 pf.
die Mercurii, I. ex farina fecalina	2 gr. 1 pf.
die Louis, I. ex cereuisia paratum	5 gr. 8 pf.
die Veneris, I. ex auena exorticata	2 gr. 8 pf.
die Saturni, I. ex farina fecalina	2 gr. 8 pf.
Summam efficiet	23 gr. 4 pf.

B. Prandium vero, sequenti modo institutum, ut accipient	
die Solis, decem libras carnis astutae vel vitulinæ vel	
verdecinæ, quae valent	15 gr.
die Lunae, septem libras carnis bubulae	12 gr. 3 pf.
et pro obsonio, radices Pastinacæ	3 gr.
die Martis, septem libras carnis verdecinæ	10 gr. 6 pf.
et pro obsonio Brassicam coeruleam	3 gr.
die Mercurii, septem librae Intestinorum vel viscerum	3 gr.
animalium, quae vulgo vacantur Kaldauen oder	
Geschlinke	4 gr. 8 pf.

die Iouis, septem librae carnis bubulae	10 gr.	12 gr.	3 pf.
inus et pro obsonio radices dauci hortensis	3 gr.	3 gr.	3 pf.
die Veneris, septem librae carnis vitulinae	10 gr.	10 gr.	6 pf.
et pro obsonio solani tubera	3 gr.	—	—
die Saturni, Haleces decem	5 gr.	—	—
et pro obsonio pisa cocta	3 gr.	—	—

In Summa efficeret 3 Rthl. 13 gr. 2 pf.

C. Coena tandem, ad quam destinamus	—	—	—
die Solis, Mettam f. Modiolum mensurae nostrae milii,	—	—	—
quae emittur	5 gr.	—	—
die Lunae, solana tuberosa iuscule cocta et maiora co-	—	—	—
dita	3 gr.	—	—
die Martis, Polentas mettam ex polygono Fagopyro para-	—	—	—
tae, (Heidegrütze)	4 gr.	—	—
die Mercurii, Lentes	4 gr.	—	—
die Iouis, grana hordeacea deglupta	4 gr.	—	—
die Veneris, pultem ex farina secalina	4 gr.	—	—
die Saturni, Gratum ex panico vel tritico Zea paratum	4 gr.	—	—
In Summa daret	1 Rthl. 4 gr.	—	—

Quibus adhuc addenda veniunt, quae ad condensatos parandosque cibos necessarios requiruntur, qualia sunt v. c. simila, lac, oua, butyrum, pinguedo animalis e. s. p. quae omnia per unam hebdomadem circiter aestimamus ad 1 Rthl. 8 gr. —

Expen-

Expensae igitur pro ientaculo, prandio et coena per
vnam hebdomadem facienda sumمام, vti vi-
dere licet, efficiunt 7 Rthl. 5 gr. 6 pf.
Adeoque per totum annum sumمام dabunt 375 Imper. 22 gr.)

Hisce adiicere debemus Panis consumtionem annum: in no-
stro sic dicto Coniudorio, vbi literarum studiosi pauperes sex grossis fo-
lulis per hebdomadem cibantur, quilibet eorum duos quotidie accipit
panes paruulos, quorum quisque bene coctus nouem habet vncias, crudi-
sus vero decem et dimidiani, et eiusmodi panes parantur Centum ex uno mo-
dio (Scheffel) moduli Berolinensis. Secundum istam igitur rationem nouem-
decim personae per annum opus haberent Centum et triginta octo modiis.

— *ad hanc et ininde memoriam minima si auxilium habemus at Iam*
— *in quo audib minisq flagrante diuersitate quodam*
22 *¶ Tribus vt hic in antecessum quasi occurramus obiectiōibus nobis omnino
necessē esse videtur. Erunt enim multi, qui dicant primo, cibos et obsonia
paulo ante commemorata subinde intari, inde autem sequi, vt istae ratio-
nes magnis obnoxiae sint mutationibus; deinde obsonia iusto largiori copia
a nobis fuisse praescripta; denique cibos istos nimis duros esse, digestuque
difficilliores quam ut a granis bene ferri impuneque usurpari queant. Pau-
cis igitur ad haec respondeamus: prius quod attinet, nos omnino non nega-
mus, cibos atque obsonia prolata cum aliis interdum quidem commutari de-
bere, semper vero talia in ipsorum locum substitui posse contendimus, quae
vilioris sint pretii et calculum ipsum supra duolum minime immutent; deinde
obsonia iustum haud superare quantitatem atque proportionem, omnes mihi
facile concedant, necesse est, qui perpendant, unum tantummodo in quali-
bus cibatione apponi cibum, qui tanta adesse debet copia, vt omnibus suffi-
ciat: postremum denique quod spectat, regerimus primo, omnes in Instituto
plerisque saltu cibantes, iuvenes esse, nec non ex inferiore hominum
classe dinctos atque agrestes personas, quibus duriori quippe vitae generi al-
fueris, molliores atque tenuiores indolis cibi varias excitarent molestias, eo-
rumque potius totam euenterent sanitatem; deinde puereras primis post par-
tum diebus cibos obtainere digestu faciliores. Conf. Sect. II. p. 31. a.*

Iam si modius secalis pretio constat (ut plerumq[ue] ruragi galusq[ue]

que solet) vires imperialis summa producet 138 Rthl. —

Agurci addimus Accisarum de his soluendarum sum-

mam, quae est 275 iudicata maxima annua in 13 Rthl. 22 gr. —

et mercedis molariae 3 Rthl. 14 gr. 10 pf.

nec non pistoris 8 Rthl. 15 gr. —

rotam obtinebimus summam quae constabit 164 Rthl. 5 gr. 10 pf.

Postro addictebent duos modios et sex pinta et facup.

comolis, cuius metta valet tres grosos et dimidiatim quibus moestos oros sub-

adeoque rotum in mediis annibus 5 Rthl. 13 gr. —

Viginti mensuras cerevisiae in diem 4 decem grosi reg. emendae,

quae in annum summam dabunt 152 Rthl. 2 gr. —

Vinum pueris primis post partum diebus porri-

gendum per annum circiter aestimari potest ad 10 Rthl. —

Comparatio igitur cibi et potus necessarii nec

non omnium omnino rerum, quae ad hoc exponi possunt

put villo modo referrri possint ac debeant, per

totum annum postulabit summam 796 Rthl. 15 gr. —

Vicius enim nobiliorum et clavi partuientium quae proprieis aluntur et

inserviantur sumptibus, ad hanc nequit quam potest rationem referri.

Nec hic quoque in censum veniant Impensa, quas vicius postulat

et aliae res ad educationem infantium Institutum curae atque tutelae com-

missorum³⁾ necessariae, cum adeo paruae sint ut longorem recensionem

haud mereantur, ipsique liberi in quartum tantum annum in Instituto re-

tineantur.

³⁾ Ex Consi. Sect. II. p. 30. h. 3. ratione nisi quod servit opere eiusdem

3. Ex Impensis, quas aliae res, ad oeconomiam pertinentes postulant, quippe desiderantur

pro oleo et candelis per annum	20 Rthl.
pro sapone et amylo	10 Rthl.
pro vasis culinaris atque lauatoris	10 Rthl.
pro reparatione supelleculis cubicolorum	10 Rthl.
pro triginta lignorum corygia, inclusi mercede pro ipsis scindendis atque findendis folianda	90 Rthl.
pro centum et triginta sexagenis (Schock) farmento- rum ad ignes in fornacibus undecim cubicolorum per viginti sex hebdomas ascendendos necessariis	33 Rthl.
pro panno duplicato, qui Fries vocatur, ad amictus nosocomiales ^{y)} parandos numero quinquaginta	75 Rthl.
Septem enim vlnae panni duplicati ad eiusmodi amictum requiruntur, cuius vlna si quinque grossorum pretio aequaliteratur, totus omnino ami- ctus constabit uno Imperiali et undecim grossis.	

pro linteaminibus ad fasciarum apparatum, quo neona-
ti infantes inuoluantur in duplo parandum necessa-
ris

16 Rthl.

Requiruntur in hunc finem duodecim vlnae linteaminis, cuius vlna qua-
tor grossis emitur, adeoque apparatus fasciarum in duplo pro uno in-
fante inuolendo duobus constabit imperialibus.

pro sedecim vlnis panni duplicati in eandem finem ad
hibendis

3 Rthl. 8 gr.

y) Conf. Sect. II. p. 27. e.



pro annua cubiculorum dealbatione et nonnullis in ipsa domo suscipiendis reparationibus	10 Rthl.
Summa efficitur	277 Rthl. 8 gr.
—	—
4. Ex sumtibus, quos variae aliae res adhuc efficiunt: refero ad hanc classem	
Honoraria Clero soluenda pro baptizandis neonatis, et sepeliendis cadaveribus, quae per annum circiter ac- sumo ad	40 Rthl.
Mercedem Vespilloni pro effodiendis sepulcris et scrinariis pro conficiendis loculis mortalibus soluendam	10 Rthl.
Honoraria Facultati medicae pro exploratione quadra- ginta obstetricum in Instituto eruditarum carumque testimoniis conficiendis soluenda	53 Rthl. 8 gr.
Oculo Pugillares e lapide schisto confectos, lectulis gra- uidarum et puerarum affigendos	1 Rthl. 16 gr.
Quadragesima exemplaria compendii ad cuius ductum obstetrices in Instituto erudiuntur, quoram quodlibet sex grossis constat	10 Rthl.
Reparationem, immutationem atque restitutionem ap- paratus fasciarum et instrumentorum, nec non su- stentationem iamiam praesentium et coemitionem nouorum praeparatorum	25 Rthl.
Transportationem muliebrium, quae ex locis diffinis in- stitutionis causa Instituto mittuntur, cadaverum ^{a)}	10 Rthl.
Summa efficitur	150 Rthl.

Loca-

^{a)} Conf. Sect. II. p. 17.^a.

Locationis s. habitationis mercédem pro domo, in qua erit
 —^{a)} Institutum obstetricium conditum est^{b)} anno adit 200 Rthl. mons.
 —^{c)} microgry 12 mīdri oratione mīo mīmītīdo iūt seōfīcīlībīlītī iū
 —^{d)} enī III). De Summa suūtūm sermo est insitūendūs, quām efficiunt sī
 —^{e)} x̄a salaria annua, Chirurgis et Feminis obstetricantibus, per prouincias,
 —^{f)} v̄b̄es atque pagos ad artem obstetriciam rite exercendam publice consti-
 —^{g)} tūtis soluenda,^{h)} nec non Instrumentorum ad artis exercitium necessa-
 —ⁱ⁾ torium, ipsisque gratis distribuendorum comparatio;^{j)} obvītūm
 —^{k)} Si priorem rite eruere copimus, ante omnia opus est, ut numerum
 —^{l)} v̄rb̄iū atque pagorū accūrately eruamus. Hoc enim cognito, nulla
 —^{m)} ērit difficultas numerum chirurgorū et feminarū obstetricantū pub-
 —ⁿ⁾ licē constituendarū inueniendi; siquidē secundum p. 4, Sectionis
 —^{o)} secundae Commentationis nostrae, vna saltem in omnib⁹ locis pene
 —^{p)} erudita obstetrix, et in qualib⁹ v̄b̄e vnu artis exercitium callens chirur-
 —^{q)} gus publice constitūt debat; ^{r)} ~~ad eoīb⁹~~ haec vīla tūmīp. ob

E s. osub obvītūm. Itaque

^{a)} Hancē locationis summam eatēnus tantum locum habere posse, quatenus
 —^{b)} domus ista in solo alieno aēdificetur, ipsaque exstrūctio peregrinis perficiatur
 —^{c)} sumtibus; contra vero si domus ista ex aēario Instituti ipsius aēdificetur,
 —^{d)} adeoque peculium quasi ipsius Instituti fiat, locationis summam ex ea, quam
 —^{e)} dedimus, sumtūm computacione expungendam esse, quiske spōntē et sine
 —^{f)} nostra admītione intelliget.

^{g)} Conf. Sect. II. p. 4.

^{h)} Conf. Sect. II. p. 42. ⁱ⁾ ~~ad eoīb⁹~~ haec vīla tūmīp. obvītūm. ^{j)} ~~ad eoīb⁹~~

^{k)} In Circulo Electorali, v. c. trīginta quīnque numerantur v̄b̄es, adeoque in
 —^{l)} mīto filo trīginta quīnque constitūti sunt: ex sententia nostrā Chirurgi obstetri-
 —^{m)} cantes; iam vero si quīvis eorum quotannis, vti p. 5. Sect. II. Comm. nostrā
 —ⁿ⁾ dictum est tanquam fixum annūm stipendium viginti accepit imperiales,
 —^{o)} omnīm salariorū summā Chirurgis obstetricantibus soluenda erit 700 Imper.
 —^{p)} v̄rb̄iū atque pagorū, quos circulus electoralis comprehendit, omnīm
 —^{q)} ~~ad eoīb⁹~~ simul

❧

Itaque multiplicatione numeri vrbium cum fixo chirurgorum summan obtinet totius, quae chirurgis quotannis soluenda est pecuniae — et multiplicatione fixi obstetricum cum numero vrbium et pagorum simul sumtorum sumiam quam ipsorum annua sustentatio possulat. I Vtique vero summa in dñi numeri coacta nobis omnes exhibent, iquas annua chirurgorum et feminarum obstetricantium per vrbes et pagos publice constitutarum stipendia requirunt expensas. huius non venit obsequio natus

Sumptus vero, qui ex coetione necessariae supellestilis obstetriciae, cui libet obstetrici et chirurgi cuius obstetricanti publice constituto emenda, apudque tanquam Inuentarium perpetuum et Rem cuius yrbi pagoue, vbi artem suam exerceat, propriam tradendae, proutenire debeat atque enasci, hi sunt: pro supellestili obstetricis 24 Rthl. 16 gr. v. ad remedium pro Sella obstetricia Steiniana ad remedium 17 Rthl. ad remedium pro Siphone ex flanno confecto, tribus cannulis instruendo ad remedium 17 Rthl. ad remedium pro

cto, quarum altera ad Iniectiones uterinas facientes ad remedium 17 Rthl. ad remedium supeldas, alterae vero duas ad clysmata matri et recens

natis infantibus iniicienda inferuentur ad remedium 5 Rthl. — pro forfice ad funem umbilicalem abscindendam ad remedium ne cessaria, apicibus obtusis ad remedium 16 gr. pro Lagena ex resina elastica confecta lachis ex mammis educationi inferuente ad remedium 2 Rthl. —

summl sumtorum numerus excurrit ad ducendas octoginta hoodem. Iam si homini seruum locorum quisque viam obtinet bene eruditam obstetricem, fixo annuo stipendio decem Imperialium dotaram, omnino tota annuorum stipendiiorum obseruatur summa excurrit ad 290 Imper. ad remedium Conf. Comment. nostr. de Cura Sect. II. p. 43. ad remedium Iam vero, si quotannis in circulo Saxoniae Electorali XL constituentur obstetricies bene eruditæ, talique apparatus obstetricio instruantur, comparatio ad remedium appa-

pro supellecili chirurgi obstetricantis	30 Rthl.	4 gr.	nimirum
pro forcipe Leuretiana	—	7 Rthl.	—
pro Vecte Rechbergerensi	—	5 Rthl.	—
pro vneo Simelliano a Leureto emendato	—	1 Rthl.	12 gr.
pro perforatorio Leuretiano	—	1 Rthl.	12 gr.
pro forcipe Mesnardiana	—	4 Rthl.	—
pro forcise ad funem umbilicalem abscondendam	—	16 gr.	—
pro cathetere foemineo	—	2 Rthl.	12 gr.
pro theca cum scalpellis anatomicis	—	8 Rthl.	—
forcise, volfella, tubulis instructa, ad puerarum inter parturendum defunctorum vel ab obstetricibus lacunarum corpora incidenda, neces- faria. ^{g)}	—	—	—

Ex hac igitur, quam hactenus dedimus, accuratissima et per omnes ac singulas partes continuata sumptuum, quos eiusmodi Institutum tum fundatio atque primaria dispositio, tum annua sustentatio postulat, enumeratione atque computatione duci potest saltem ut nos arbitramur, plena atque exacta rerum omnium, quae ad eiusmodi Institutum rite condendum beneque disponendum pertinent, cognitione, ita ut nunc facile ea, quae forte a nobis neglecta fuerint, omissa, vel minus accurate definita, ab aliis suppleri, immutari atque emendarri queant, atque hanc ob causam speramus etiam, fore, ut lectoribus minime dispiceat diligentia, qua haec omnia paullo copiosius persecuti sumus.

apparatos obstetricibus distribuendi, quotannis, donec omnes omnino instru-
ctae sint eiusmodi supellecili, exiget summam 986 Imper. 16 gr.

g) Iste apparatus chirurgorum per totum circulum electoralem in viribus con-
tinendorum summam efficiet circiter 1055 Imper. 20 gr.

S u b s e c t i o n e d e l l o n g i u r i o

*De optimo sumtrum et Impensarum summas, quas fundatio et Asistentio
eiusmodi Instituti requirit, consciendi modo.*

Quod hactenus condidimus Institutum, si eam, quam ipsi optamus
atque conciliare studemus, obtinere debeat perennitatem, certus ut alit
aque sufficiens eruatur redditum fons, ex quo omnes ac singuli ad suspen-
sionem ipsius necessarii peti queant atque hauriri sumtus, omnino ne-
cessit esse videtur. Is vero ut perennis sit, tantoque haud impar operi,
impruni proficiendum. Exsulunt igitur omnes incerti reditus ex collec-
tione symbolarum a eiusus arbitrio et liberalitate pendentium proue-
nientes, potius quaeramus tales, qui semper praesto sint et nunquam de-
fiant.

*Ad incertos vero illos, temporarios veldeque dubios redditum son-
tes refero equidem.*

a) si obstetricibus onus imponeretur, ut pro Institutione in Instituto
ipsis impertienda didactrum quoddam soluerent; variis enim premitur
haecce res atque laborat difficultatibus.

*Primo enim, quamquam obstetrics maiorum et opulentiorum ur-
bium istud fortasse praestare valerent; tamen ab obstetricibus oppidulo-
rum minorum, pagorumque ad quas omnino, cum ipsarum numerus
longe maior sit ac prioris classis, praecipue hic respiciendum est, neutri-
quam expectari multo minus postulari posset. Quot enim quaelo repe-
riuntur, quae per totum annum plus quatuor sexue ad sumnum partus
habeant, pro quorum quovis absoluendo sex octoue grossos in laboris
praemium accipere solent? Quamdiu igitur illae negotium istud plenum
taedii,*

taedii, impurum, sanitatiue ipsarum adeo noxiuim gratis suscipere deberent atque perficere obfletrices, donec pecuniae pro institutione soluuae recuperarent summam?

Ille quod innotescit pectora nullum cursum annos inchoeas
Deinde quoque ingenio plebeio eiusmodi hominum plane repugnat,
rebus nouis, quas sponte iam et natura quasi ducti spernere solent atque
auerfari, multum impendere pecuniae. In praesenti iam cum nulla ab
ipsis postularetur exquisitor artis doctrina atque cognitio, multo minus
sumtuosa, sed contenti essemus, si modo proderent sensus communis atque
vulgaris scientiae vestigia, res erat valde ardua atque difficilis, mulieres
inuenire, quae in locum defunctorum obfetricium substitui, istudque munus grauissimum et tot tantisque slipatum molestissimum subire
pererent. Multo minus igitur expectandum est, ut in posterum, cum
nulla, nisi editis ante dexteritatis suae artisque peritiae specimenibus, ad
munus obfetricium administrandum admittatur mulier, ipsarum copia atque frequentia maior sit futura, in primis si ex propriis facultatibus solvere cogerentur institutionis sumtus atque impensis.

Si ciuibus atque incolis cuiusvis urbis pagiae imponeretur, pro obfetricium, quas obtineat institutione, definitam Instituto soluere pecuniae summam.

Hoc quidem onus ab urbibus multitudine incolarum atque hominum frequentia conspicuis facile ferri posse neutiquam negamus; a pagis vero, paucos tantum hubarios atque mercenarios comprehendentibus ad postulare, rem esse iniquam ac fere impossibilem, quis est qui videat? Tantae enim orientur turbae, tot fierent contradictionum impetus, tot mitterentur ad Curiam supremam literae supplices, ut nos tantarum querelarum pertaesii precibus ciuium tandem cedere et consilium quanquam

rei-



reipublicae utilissimum missum facere cogeremur. Et unde in utroque
casu pecuniae summa fixis obstetricum salariis destinanda proueniret?
qua deficiente omnes omnino in re obstetricia suscepiae emendationes
vanae prorsus essent futurae, immo nullius plane momenti atque effi-
caciae.

c) Si collectionibus publice ante aedes sacras diebus festis instituen-
dis; vel
d) collectione symbolarum ultro datarum et a cuiusvis munificentia
atque liberalitate pendentium postulatam pecuniae summam obtinere stu-
demus. Collectiones enim ante aedes sacras ob copiam piarum causa-
rum, quae inde sustentari debeat, per se iam satis frequentes sunt, ipsa-
rumque crebriori repetitione saclum est, vt ad hoc beneficentiae genus
omnium fere hominum iam prorsus occuluerint sensus, ita vt tanti inde
haud facile expectandi sint reditus, quanti ad eiusmodi Inslitni necessita-
tis rite procurandis requiruntur. Idem quoque contra alterum collectio-
nis genus monendum esse videtur. Quamquam enim multos esse futuros
praeuideam, qui dicant, hominum animos nostris diebus cultura ingenii
iamiam adeo esse emollitos atque perpolitos vt a praeconcepitis opinio-
nibus abhorreant, civium vero suorum atque sodalium malis, paruis
eiusmodi muneribus medelam parare necessariam debitumque afferre le-
nimen et velint et possunt; nihil tamen feci rem tanti momenti adeo
incerts valdeque dubiis munificentiae arbitriae donis superstruere atque
vnice committere minime auderem. Illud ipsum, quod plura iam iam
maioris indolis conamina, exstructio v. c. templorum magnificorum,
publicarum scholarum, et id genus alia, hac sola via euentum habue-
rint, me neutiquam dubiis meis liberare et ad aliam sententiam traducere
potest. Aliud enim est, si hinc inde interdum prouocamur, vt liberalis-

tate



quae nostra publica quædam et magis momenti consilia adiuvemus, et
 longe aliud, si annuam eamque aliquoties per annum repetitam symbolum
 soluere quasi cogamur. Ponamus enim, quod facile accidere potest,
 arbitriam illam hominum larga in viam instituti exhibendi dona pro-
 pensionem subito, et ex causa nobis plane incognitis, ex hominum ani-
 mis evanescere, taliter magnopere immunit, nonne eo ipso momento
 totius Institutum dispositio maxime laedetur? nonne omnis rerum in ito-
 gerendaram administratio valde turbaretur? nonne timendum est, ne
 ipsum Institutum iterum corrueret et res obstetricia in pristinum relaberet?
 Rerum statum? Scimus enim bene et experientia edocit noscimus, semper
 esse homines, qui odio inuidiaque duchi eiusmodi adverterent conatus,
 qui nefandis suis, si alia ratione nequeant, calumnias Institutorum publicarum
 quamvis rebus publicis saluberrima, hominibus reddant odiosa, ipsisque
 viae singulant grauiissima. Quam expeditum igitur esset eismodi malevolis
 negotiis, variabilè nostro quoque Instituto diuulgare cimicinay vel per
 chinas collectas non rite adhiberi, nec in usum ipsius Institutum religiosam
 impendi; obstetrices horum alterum locorum, quamquam tantas,
 quantas reliqui deditissim contributiones, non bene esse institutas, nec artis
 exercitium rite callere; Institutum iam omnem, quem olim habuerit,
 amississe florem; et sic plura, quibus hominum ab Instituto auerterent
 animos. Et quis est, qui nobis promittere ausit, fore ut proxima collec-
 tionem instituenda homines aliter et melius de Instituto sentiant, adeo
 que nobis largiores præmont in ipsius commodum symbolas? In tanta
 igitur rerum incertitudine parum vel nihil proficisci si vel maxime profi-
 ciunt esset atque salutare, possedit in antecessum suscipi atque comparari,
 cum rebus ita constitutis, omnia denum a qualibet pecuniarum collec-
 tionem dependerent. Contra vero, si certus adest reddituum fons atque

diongi

F

perennis.

perepnis, omnia in antecessum parati possint, et uti esse debent, institui.

Ad eandem classem referto quoque
f) Veditgalia quibusdam luxus generibus imponenda; multas pro facinoribus quibusdam commissis soluendae; pro coelibatu aliquo eiusmodi noxiis quidem, sed a cuiuslibet arbitrio pendentibus consiliis etc.

Sunt igitur omnes isti fontes non solum exiles, incerti valde atque mutabiles, adeoque ad tantas sibiique semper aequales, quas eiusmodi Institutum postulat, impensis minus sufficientes; sed etiam ita comparati, ut ex varietate ipsorum summa oriretur in re rationaria difficultas atque confusio, variisque fraudibus committendis ansam praeberet commodissimam, maximeque opportunam. Longe sufficientior sane atque tuior, eas, quibus ad necessitates Instituti opus habemus, pecuniae summas conficiendi atque obtainendi ratio esset sine dubio haec, si PRINCIPES Instituto certos quosdam annuos destinarent et assignarent redditus. Sed chenu quantus iam iam est numerus eorum, qui omnes ac singuli ad Principum confugere solent munificentiam, quae quantumuis magna, votis tamen omnium neutiquam satisfacere, multo minus omnia quae extant Instituta publica propriis alere sumtibus eaque sustentare valet. Quis deinde priuatus auderet leges praescribere principum munificentiae, et ut sua exsequantur in Institutis condendis prolata consilia, vi quadam postulare, cum potius, ut sponte se offerat commodis ciuium promouendis, expectare nostrum sit omnino officium. Quis nec minus largiori reddituum scons Instituto aperiretur, si homines opulentiores, liberis orbis omniisque carentes familia magnis legatis prosequerentur Institutum: — sed quomodo quaeso possem eiusmodi hominibus latino, hoc est, ipsis ignoto

ignoto minusque suavi sermone praestantiam illius munificentiae et liberalitatis, immortalitatem ipsam merentis, viuis ita depingere coloribus, ut rei pulchritudine capti melius ducerent, suas facultates publicis consecrare commodis, quam vanis impendero votis.^{pp} Omnia optima igitur, quantum equidem video, tutissima atque simplicissima via pecunias obtinendi Instituto necessarias sine dubio esset haec, si omnes fixi, instituto proprii et unice dicati, sibi denique semper aequales essent, qui requiruntur sumptus, et ab omnibus ac singulis, qui inde commoda vel percipiunt vel saltem percipere possunt, erogarentur, adeoque universalis in hunc finem soluenda introduceretur contributio; reliqua vero, quae ex liberalitate et munificentia hominum affluerent Instituto munera atque dona gratuita, rebus eiusmodi impenderentur, quae vel ipsius promouerent perfectionem, vel maiorem ipsi conciliarent aorem atque splendorem. Et contributio illa annua atque universalis nec gravis esse nec iniqua potest haberi.

Nam secundum accuratam, quam fecimus computationem in iis regionibus, in quibus eadem, quae apud nos obtinet hominum frequentia atque multitudo, annua illa contributio duos grossos non facile superabit, immo, si prima fundatio peracta, et omnia semel rite ordinata atque disposita fuerint, fortasse ne vnum quidem excedet. Quid quod ipsa experientia earum regionum, in quibus eiusmodi universalis contributio iam introducta est, hoc luculentissime confirmatur.^{b)}

F 2 modicorum
Insgesamt Nec

^{a)} Sic v. c. in Ducatu Vinariensi et Ienensi Edicto d. d. 7 April. 1779. euulgato constitutum est, ut a qualibet persona ad sacras coenas admissa, h. e. quae annum superauerit duodecimum, vnius grossi symbola in hunc finem contribueretur.

Nec potest etiam hacce adeo parua atque exigua contributio vlli, vel pauperimo oneri esse atque molesta, cum is ipse, qui antea propter egeslatem atque paupertatem omni plerumque ope carebat, et plane derelictus erat, iam iure quodam suo, ut ipsi quodvis gratis praefletur auxilium, posit postulare, et sic maximum inde capiat commodum, atque percipiat fructum. Et ex hac collecta pecuniae summa, annum non solum sustentationis quantum, sed impensae ipsius primae foundationis, atque dispositionis communio possum confici atque obtineri; Exstructionem enim domus quod attinet, triplici incedere possumus via. Nam vel mu-

tuam
dueretur. Vid. Journal für Geburtshelfer I, 303. Ex accurate, quam ex Saliarum praefectura Circuli Saxoniae Electoralis opera et beneficentia illastr. de AMPACH obtinuimus, consignatione vidimus, militibus cum ipsorum familiis non numeratis, praesentem hominum in Circulo Electorali viuentium, adulorum nempe, qui decimum iamiam transgressi aetatis annum et secundum Edict. d. 1 Ian. 1779. definitam salis quantitatem quotannis emere obstricti sunt, copiam omnino aestimandam esse ad 70325, quippe dum numerentur in praefectura.

Wittebergensi	14559
Seydenensi	1665
Sweinicensi	9803
Graefenhaynicensi	1381
Belzigenensi	8325
Rabensteini	8325
Bitterfeldensi	6599
Gommerensi cum Elbeau et comitatu Barby	5112
Schliebenensi	3906
Prerzchenensi	1891
Annaburgensi	2620
Liebenwerdeni	5222
Dahmensi	3394
Interbocensi	3848
Quibus	

spam accipimus tantam pecuniae summam, quanta huic rei sufficiat, eum vslris annuis consuetis; vel domus commoda et ad hunc vsum adaptata conducitur in perpetuum tempus; vel redditus primi anni ex contributione illa vniuersali prouenientes exstructioni eiusmodi domus, quae dein perpetuum ipsius Instituti peculium sit, possunt impendi. Cum enim intra temporis, quo domus aedificetur, spatium, nemo nisi fortasse futurus Instituti Director atque aerarii praefectus pro cura, inspectione atque directione aedificii struendi gerenda Salarii quandam partem ex aerario Instituti sint accepturi, tantum e collecta pecunia omnino super-

F 3

ad
Quibus si adnumerantur milites vna cum iporum vxoribus atque liberis
tota ita hominum copia omnino aetimanda esset ad 1818
Si igitur constitueretur ut omnes decimum tantum annum supergressi adulti
contributio nem illam daorum grossorum quotannis soluerent, tunc illa pecu-
nia non solum ab Inspectoribus, qui vendendis salibus praefunt, simul colligi
poterit, quo ista collectio sine magnis impenis, facilique negotio fieret, sed
inde produceretur quoque summa pecuniae, quae comparata cum summis
annuis Institutio lippendens, nec non salariis mulierum et chirurgorum
obstetricantium fixis, omnino sufficeret; etenim secundam eam, quam su-
pra dedimus, computationem quotannis ad sustentationem Instituti ipsius et
Salaria fixa soluenda opus habemus summa 5403 Imperialis;

nimirum

ad sustentationem Instituti obstetricii requiruntur	1813 Imper.
ad hix Salaria obstetricum soluenda	2890 Imper.
ad annua stipendia Chirurgorum obstetricantium	700 Imper.
Residuum vero quod inde oriretur, id nos non solum ab omni liberaret me- tu, ne nobis vnam, si quidam forte in soluendo negligentiores essent, pe- culia ad Institutum sustentandum necessaria desit, sed inde quoque superex- istente obsteericibus et chirurgis obstetricantibus quam maxime necessaria optime comparari posset.	



sit necesse est, quantum ad constructionem atque primam domus dispositionem cominode riteque perficiendam bene sufficiat.

notas ad iuris iustitia libri secundum cuiuslibet in iuris arbitrio eiusdem

sicut Neque vero etiam iniqua erit dicenda contributio illa: Cum enim

omnes ac singuli, ditiones et nobiliores pariter, ac pauperes et vilioris conditionis homines, paria inde percipient commoda, ab omnibus quoque ut onera ferantur pari modo, aequum esse censemus. Quis enim est, siue diues sit et nobilior, siue pauper et inferioris sortis homo, qui recusat publicas soluere pecunias pro tutela publica numerandas, vel portoria, vel alia eiusmodi vestigalia, cum quisque vitam amet ipsiusque conseruationem optet, quisque viii publicis incedat, easque pedibus calcat, cur igitur in hac re aliter sentire possint homines quidem non video. Praeterea quoque opulentiores in peculiaribus illis, accidentalibus et arbitrariis collectionibus, quae, ut supra monuimus, in augmentum salariorum obstetricibus et chirurgis obstetricantibus praebendorum, diebus festis et per occasionem publicarum solennitatum colligantur, maiorem contributionem dare tenentur; a quibus cum pauperes in unum soluti sint atque immunes, nihil omnino de quo iure conquerantur habebunt. Sportulae tandem atque Emolumenta, quae in augmentum huius Salarii obstetricibus et chirurgis obstetricantibus publice constitueris concedenda sunt, sequenti forte ratione definiri possunt.

Obstetri-

¶ In sezione quidem secunda Commentationis nostrae, ubi p. 4. de necessitate fixum aliquod annuum istis hominibus exponendi stipendum prolixius discussuimus, horum quoque emolumentorum mentionem simul fecimus: nihil tamen secius hic loci, ubi de pecuniis ad Instituti sustentationem necessariis comparandis sermo est, ne manca sit nostra atque mutila oratio, breuiter repetere et in memoriam reuocare, omnino necessarium esse duximus.

^{exupto} Obstetricibus nimirum, Remissio quorundam vestigialium. — Immunitas ab angariis, excubiis agendis, aliisque huius generis servitiiis praeflandis; definita lignorum copia gratis ipsis tribuenda; Ius, quo se neclite confectae, vel morbis inhabiles factae ad munus, quod gerunt, sive administrandum, p[ro]re aliis in Ptochodochia publica recipientantur, vel ubi haec deficiant, ex aerario pauperum alantur, atque sustententur; Ius eos, qui mercedem pro officiis inter puerperium praeflitis, ipsis destinatam vel recusant vel nimis diu debent, accusandi, eamque vi iudiciali et fine omni imminutione exigendi, dum nimirum mercenarius ipsis sex — Manso integræ Hubæ duodecim — Ciuis f. oppidanus inferioris classis vnum Imperialem; Ciuis altioris classis nummum aureum quem Ducatum appellant; nobilis denique Ludouicum aureum soluere teneatur.

Chirurgis vero obstetricantibus urbium: Reditus quidam e causis forensibus; sportulae ex nuptiis et baptismorum epulis solemnibus; (v. c. in eiusmodi epulis rusticis quilibet coniuua vnum; ciues in oppidis inferioris classis duos; et altioris quatuor grossos soluant;) honorarium pro partu quouis, ipsorum arte atque opera in lucem edito ita fere esset definitendum, vt v. c. Mercatores aliue dignitatis quodam gradu conspicui ipsis pendere teneantur matre et infante saluis et elapsis quatuordecim diebus post puerperium adhuc superslitibus, quinque Imperiales, matre vero vel infante mortuo, nummus tantum aureus; nobiles sub iisdem conditionibus decem Imperiales.

At haec sufficient de modo, quo omnium optime atque certissime sufficiens ad Instituti sustentationem pecuniae summa comparari potest atque confici. Restat tantum, vt pauca adhuc de methodo istas pecunias colligendi, easque tabulis rationariis inferendi adiiciamus verba.

Cum



Cum ista, quam propositius, pecuniae summa adeo pars sit atque exigua, ut si sufficere debeat sumptibus supra commemoratis Instituto im pendendis, minime admittat maiores ex rebus accidentibus proueniente expensas; omnino eo respiciendum erit, ut contributio illa vniuersalis in Instituto nostri usum exhibenda, ab iisdem hominibus colligatur et ratio nariis tabulis inferatur, qui iam ad aliud publicum, aequie ac nostrum, ab omnibus soluendum vestigal redigendum constituti sunt. k). Iup. 200. m. l. b. 14. supras. 15. ducatur, modis vbi simili lev. induceret lev. incenit uult. Pari ratione, ut sumptus, quantum fieri possit, praecendantur, Aerarium Instituti curandum atque administrandum. Viro demandandum est bonae fidei eo in loco, ubi Institutum conditum est, iam iam coimmo ranti et simili munere fungenti, pro modico laboris inde percipiendo praemio atque munere. Et huic Aerarii praefecto omnis mittatur et solvatur pecunia Instituto numeranda; ab illo omnes pro Institutu siant solutiones et rationes vniuersales reddantur.

¶ Apud nos Collectio illius Contributionis Instituto obstetricio soluendae omnium optime atque commode cum Instituto consumtionis salis hac ratione coniungi posset, ut cuiuslibet loci Scabini (Gerichten) dum annuas salis consunti consignationes praefectoris tradendas conficiunt. Simil pro praemio unus pro Centum a quovis incola atque ciae contributionis istas symbolas colligerent, easque praefectoris via cum consignatione hominum contribuentium traderent. Omnes vero collectae pecuniae, deductis fixis salariis obstetricorum et chirurgorum obstetricantium, via cum horum apoditis et consignatione locorum nec non tabula summaria omnium contribuentium personarum a praefectoris ad Institutum transmittenrentur. Nec minus ut sumptibus parceretur, suaderem, ut pecuniae in usum Instituti collectae et currū publico mitteundae ab omni vecturae impedio liberarentur.

Omnés vero ad solutionem oblatae notulae atque apochae Directori nomine ante signatur et ab ipso approbentur.

Quavis hebdomade finita Praefectus aeratio Consignationem accuratam omnium Oeconomio solutarum pecuniarum secundum Schema¹⁾ quoddam commodum confectam tradat Directori, ex quo iste iterum quouis mense finito Indices conficiat generales, qui quarta quouis anni parte praeterlapsa Commissioni Inspectionem Instituti gerenti propo- nantur, ab illa examinentur et dispungantur, atque anni cursu finito ad Collegium Regiminis supremi mittantur.

Similis quoque Consignatio pecuniarum, contributione illa gene- rali collectarum et a praefecturis ad Institutum missarum, ab Aerario Quaestore conficienda esset.

Atque hac ratione tertia et ultima Commentationis nostrae de Cu- ra, qua Respublica prosequi debet Rem obstetriciam inscriptae pars finita esto atque absoluta. Priusquam vero finem impono huic dis- sertationi, humanitatis omnino officium postulat ut Illustr. STAR- KIO Professori Ienensi cel. pro singulari favore, quo alteram meae Commentationis partem suo quod nuper edidit, artis obstetriciae Ar- chiuo

¹⁾ Schemata eiusmodi tabularum rite disposita beneque ordinata editio affixa reperiuntur, quod anno 1787. Berolini promulgatum fuit, et quod normam praescribit accuratam, ad quam Nosodochium Regio Borussicum campestre disponi debet atque administrari.



chino^m) inferere, notulis doctis et animaduersationibus e diurna experientia natis augere, iisque quendam ipsi conciliare splendorem studuit, debitas publice persoluam gratias. In plurimis, quae contra monuit, ipsi lubenter cedo atque assentior; de nonnullis vero, v. c. de iis, quae sub verbo Ianitor p. 58. et sub verbo Laboratorium p. 59. monita leguntur, quae sentio, in Sect. secunda p. 37. et in hac sectione p. 9. ulterius explicare neutquam dubitau. Et quod tandem Institutionis in Instituto tradendae durationem attinet, quae, cum egomet istam intra mensis spatium conclusum Illustr. STARKIO (p. 70. notula z) nimis breuis valdeque festinata esse videtur, pace Illustr. Viri monere licebit, nobis omnino persuasum esse totum Institutionis cursum, si fiat sub conditionibus supra adductis, h. e. si primo tales, quas p. 9. Sect. secundae descripsimus, ad Institutionem percipienda mittantur personae; deinde, si in Institutionis disciplina ad eam, quam ibidem p. 17. delineauimus, normam tradatur; commode intra definitum tempus finiri posse atque absolui. Doctrinam enim partuum artificialium ipsis exponere, ex rationibus supra allatis haud consilii est, eandem que ob causam voluimus, ut Chirurgus obstetricans bene eruditus et artis exercitium callens, qui casu necessitatis obueniente praefeo sit et in auxilium vocetur, in qualibet prae publice constituantur.

notanda

*mitte ob libe stolido exponit eloquii his misculet literaria, etiam
memoriem hunc de quibus in aliis tractationibus invenies. Vt etiam hanc, minimeque
miserabilem, etiam in aliis tractationibus invenies.*

^m Archiv für die Geburtshäuse, Frauenzimmer und neugeborner Kinder Krankheiten IV St. Iena 1788.

Epilogi tandem loco (Vobis Auditores O. O. Honoratissimi,) Catalogum paelectionum mearum per praesens et futura semestria habendarum proponam.

Intra anni tempus semper impostorum sequentes habiturus ero
paelectiones: Nimirum

PER

SEMESTRE AESTIVUM.

PUBLICE

4 horis Cursum Chirurgiae ad Plenckii Compend. Instit. chirurg.ⁿ)

PRIVATIM

4 horis Historiam naturalem secundum Erxlebenii Elementa a Gmelino edita:

2 horis Medicinam forensem duce Metzgeri Enchiridio Medicinae
pol. for.

G 2

2 ho-

ⁿ) Ab octo inde annis iam iam Cursum illum chirurgicum, tironum praecipue chirurgorum hic loci ministrantium causa gratis tradidi, vt, quantum in me quidem esset, hac saltem ratione Instituti chirurgici defectum quodammodo supplerem atque compensarem. Intra biennium semper absolui totum, ita quidem, viva aestate Anatomiam praeparatis anatomicis bene elaboratis illustrarem, cui deinceps subsequenti hieme Physiologiam atque Pathologiam quantum quidem Chirurgorum interest noscere istas disciplinas, subiungensem; altera vero aestate Materiam et Pharmaciam chirurgicam, fasciarum doctrinam earumque applicationem, nec non Therapiam generalem; et subsequente iterum hieme peculiares illas doctrinas traderem chirurgicas; eodem vero ordine istud in posterum quoque contingabo collegium.



2 horis Artem obfetriciam secundum Plenki elementa artis obfetriciae, etiam si incolitur in manib[us] monographiaq[ue] angoli
PER

SEMESTRE HIBERNUM.

4 horis Cursum chirurgiae continuabo,

M V I P R I V A T E M S E M E S T R E


4 horis Materiam medicam duc Linnaeo docebo:

2 horis Historiam pragmaticam corporum naturalium, quatenus obieclum mercaturae efficiunt, sive, vt aliis verbis exprimam, Historiam mercium rudium.

2 horis Morbos grauidarum, parturientium et neonatorum infantum.

CORRIGENDA.

- af 2 pag. 4. not. a, lin. 3. pro *patio* *lege spatio*.
- pag. 9. lin. 1. pro *a*, *lege* 1.
- pag. 9. lin. 10. pro *b*, *lege* 2.
- pag. 9. lin. 12. pro 131. l. 136.
- pag. 14. lin. 18. l. 5 *Rthl.* —
- pag. 16. not. e, pro *Dethardius* 1. *Detharding*.
- pag. 16. not. e, pro 1787 l. 1788.
- pag. 17. lin. 14. l. *abscindendum*.
- pag. 36. not. d, lin. 1. l. *ducentos*.
- P. 45. in nota, lin. 10. pro *secundam* l. *secundum*.
- P. 48. lin. 3. *lege prouidentes*.



ULB Halle
003 061 345

3



S. b.

VD 18





B.I.G.

Black
19
18
17
16
15
14
13
12
11
10
9
8
7
6
5
4
3
2
1

White
19
18
17
16
15
14
13
12
11
10
9
8
7
6
5
4
3
2
1

Magenta
19
18
17
16
15
14
13
12
11
10
9
8
7
6
5
4
3
2
1

Red
19
18
17
16
15
14
13
12
11
10
9
8
7
6
5
4
3
2
1

Yellow
19
18
17
16
15
14
13
12
11
10
9
8
7
6
5
4
3
2
1


Green
19
18
17
16
15
14
13
12
11
10
9
8
7
6
5
4
3
2
1

Cyan
19
18
17
16
15
14
13
12
11
10
9
8
7
6
5
4
3
2
1

Blue
19
18
17
16
15
14
13
12
11
10
9
8
7
6
5
4
3
2
1

Black
19
18
17
16
15
14
13
12
11
10
9
8
7
6
5
4
3
2
1

Farbkarte #13



DG
DE
CVRA QVA RES PVBLICA
PROSEQVI DEBEAT REM
OBSTETRICIAM
COMMENTATIONIS MEDICAE
SECTIO VLTIMA
R 9 56
SVMTVS FONTESQVE REDITVVM EXPONENS
QVIBVS CONSILIA AD EMENDANDAM
REM OBSTETRICIAM PROLATA
PERFICI POSSVNT
QVA AD PRAELECTIONES AVDIENDAS.
INVITAT
CHRISTIANVS AVGVSTVS LANGGVTH
PHILOS. ET MEDIC. DOCT. PROF. PVBL. EXTR. ET SOC. OEC.
ELECT. SAX. SODAL. HONOR.

WITTEBERGAE

TYPIS DÜRRII CICIOCCCLXXXIX.

